



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

Cap. 1. Quid testamentum & quotuplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

TRACTATUS QVINTVS.

DE

Testamento, aliisque vltimis voluntatibus.

C A P. I.

Quid sit testamentum & quotuplex.

Testamentum (quasi testatio mētis) est voluntatis nostrae iusta sententia, de eo, quod quis post mortem fieri velit (iusta, id est dispositio legitima, sive iuri congrua.

2. Testamentum inter vltimas voluntates principium tenet, requirens hæredis institutionem. Reliquæ autem vltimæ voluntates, codicillus, legatum, hæredis institutionem non requirunt, & imperfectæ ac diminutæ sunt.

NB. Milites habent speciale priuilegium, etiam codicillo hæredem directè instituere possunt.

Duplex est testamentum: Vnum in scriptis fīe clausum; quod sua propria vel alterius manu conscriptum, coram 7. testibus masculis, puberibus, liberis, ad id rogatis, octauus pro ignorantē scribere testare, subscribens loco ipsius; quod si ipse possit, non pus erit alio: alterum est nūcupatiuum, solum intrens, vt 7. testes simul vocati, qui audiant & intelligant testatoris voluntatem, coram eis, scripto vel vocē articulata prolatam, Solet tamen hodie talis nūcupatio coram testibus & notario in scripturam redigi, non ad actus substantiam seruandā, sed ad meliorem eius comprobationem & securitatem: quod fieri potest, vt testes interim decedant, vel inhabiles reddantur.

TVS.
s volun.
plex.
étis) et vo
deo, quo
ulta, id c
ngua.
es princ
nem. Re
s, legatum,
imperfect
im, etiam
lunt.
scriptis su
anuconferti
ibus, liberis,
pere testato
ossit, non
olum tam
nt & imm
ipto vel vo
ie talis man
ipivram re
, sed ad me
atem: qui
elinhabiles
reddas

zedantur, quorum defectum Notarius supplet, ut insinuatione nulla apud Iudicem opus sit.

NB. Surdus, cæcus, mutus, prodigus, furiosus, iure infames, & ad testamentum inhabiles sunt, item, qui in testatoris potestate: Pater in filii testamento non rectè adhibetur, nec hæres. Legatarius tamen potest esse testis in eo testamento, in quo ipsi aliquid reliquum est; sicuti & qui tutor liberis à patre nominatus est: Notario nihil relinquere potest, dictanti tam non repellitur.

NB. Testamentum valet, si coram Tabellione & testibus interrogante testatore; num, hunc v.c. Ca-
ium hæredem instituere velit, testator verbo expre-
so annuat. Sæpè tameū infringitur, allegando testa-
torem non satis compotem mentis fuisse, vel non
ausum contradicere.

NB. 2. Testamentum valet, si testator hæredis in-
stitutionem & legata coram 7. testibus nō exprimat,
sed solum mentionem faciat scripturæ aut schedulæ,
quam tali v.c. confessario tradiderat, in qua volunta-
tem suam contineri assueret.

Pactum de futura successione irritum est. Ratio,
quia ius hæreditatis futuræ pacto acquiri vel aufer-
ri nequit, idque l. hæreditas. Pactum inter priuatos scri-
pum, vt is qui superuixerit, alterius rebus potiatur, ne do-
nationis quidem mortis causa gesta speciem efficaciter o-
stendere.

Pactum successionis in propria hæreditate, fauo-
te militum & causæ piæ explicatur, vt sit instar ulti-
mæ voluntatis, quæ ante mortem non confirmata-
tur. Nam solemnitates istæ ciuili iure introductæ
in causis piis locum non habent. Volo dicere,

Qq 4 si quis

si quis velit sua bona Ecclesiæ aut pauperibus post mortem suam obuenire, quomodo cunque disponat, siue paciscatur, validam esse dispositionem, ita tamen, ut ante mortem revocare possit.

NB. Eiusmodi pacta tamen valent inter priuatos, si fiant de futura successione reciproca, dummodo fiant per modum donationis morte confirmanda. Idque inter coniuges receptum esse in Germania statutus Mynsingerus,

C A P . II.

De Testamento priuilegiatis.

Testamenta priuilegiata voco, in quibus vel nulla iuris ciuilis solemnitas requiriatur, vel non plena & perfecta. Ex horum numero primum locum obtinent testamenta & legata ad pias causas, id est, quæ præcipue ad honorem Dei, Sanctorum honorem, vel animæ salutem facta, puta, quæ Ecclesiis, piis locis vel in captiuorum redemptionem, in pauperum, vel Religiosorum, quamvis consanguinorum, sustentationem, in satisfactionem pro peccatis &c. relictæ sunt.

2 In testamentis & legatis ad pias causas nulla ciuilis solemnitas requiritur. Ratio, quia iuris civilia causis Ecclesiasticis nullum praediudicium afferre possunt, nisi à S. Pontifice recepta & probata sint; sed solemnitates ciuilium introductæ circa Ecclesiasticas causas receptæ non sunt. Ergo.

3 Seu nutu, seu quocunque signo ad piam causam quippiam relinquatur, valida est dispositio: quia iure naturali ac gentium plus non requiritur, idem sentendum de muto & surdo.

Coroll.